



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provincia Boetica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70132)



PROVINCIA BOETICA.



VERSANTVR in hac Prouincia Socii
quadringenti quinquaginta tres. In Hispa-
lensi Professorum domo Sacerdotes vi-
ginti septem, Coadiutores triginta tres. In
Hispalensi Collegio tres & viginti Sacer-
dotes, totidem Scholastici, Coadiutores
septemdecim. In Seminario Anglicano Patres quatuor,
Fratres totidem. In Cordubensi Sacerdotes vnderigin-
ta, Scholastici septemdecim, Coadiutores octodecim. In
Granatenſi vnus ſupra viginti Patres, Scholastici ſeptem,
Coadiutores quatuor & viginti. In Montellano Patres
ſeptemdecim, Coadiutores nouem, Scholasticus vnus, Ty-
rones vndequadraginta, ex ijs Coadiutores nouem. In A-
ſtigitano Patres ſeptem, Scholastici quatuor, Coadiuro-
res tres. In Triguerenſi Sacerdotes octo, Coadiutores
duodecim. In Malaceniſi nouem Sacerdotes, Scholastici
duo, Coadiutores duodecim. In Baézano Patres quinque,
Coadiutores ſeptem. In Gaditano Sacerdotes quatuor,
Coadiutores quinque. In Marcenienſi quinque Patres,
octo Coadiutores. In Gerezano Patres quinque, Coad-
iutores

DOMVS PROF. HISPALENSIS. 562

itores quatuor. In Cazorlano Patres septem, totidem Fratres. In Vbetano Sacerdotes quatuor, Coadiutores tres. In Fregenalensi Patres quatuor, Coadiutores duo. In Gandixiensi duo Sacerdotes, totidem Coadiutores.

DOMVS PROFESSORVM HISPALENSIS.

MVIS anni communia cum præteritis, quæ vel me tacente loquuntur, & occultata quamlibet sua ipsa sponte foras eminent, silentio potius prætereunda sunt, quàm toties inculcanda. Quid enim referam Sacramentorum mysteria non minori hominum conuentu celebrata, quàm fructu? quid oblitteratis penitus offensionibus redintegratas amicitias, restincta contentionum incendia, mulierculas à turpi quæstu reuocatas, restitutiones factas, elementarios pueros institutos, vinctos, & ægrotos aditos, Catechismi explicationem per vicos, & compita, habitas cum ingenti fructu conciones, admirabiles animorum commutationes, aliaque similia, quæ faciliora sunt æstimatu, quàm dictu? Quibus utpote communibus prætermisissis, propria vniuscuiusque Collegij breuiter attingam.

INITIUM igitur dicendi sumam ab obitu eorum, quibus Professorum domus orbata est, qui & præclara virtutum exempla, & sui etiam triste nobis desiderium reliquere. Primus obiit Fraciscus Pelajo Coadiutor formatus, ex oppido sancti Cypriani, diocesis Palentinae, anno ætatis suæ quinquagesimo quinto, Societatis verò trigésimo quarto, qui propter singularem virtutem omnibus eximie charus erat. Secundus Garcias Coadiutor formatus ex oppido Caceres, post sextum & qua-

dragesimum ætatis annum, Societatis verò decimum se-
 primum, vir quidem simplex, & spiritus ardore feruens.
 Tertius Laurentius Rodriguez, Coadiutor formatus
 triginta circiter annorum, quorum vñdecim in Socie-
 tate egerat: Is dum Nostris pestilentia laborantibus infer-
 eodem morbo absumptus est. Quartus P. Martinus
 Guerre, ex oppido Cabeça la Baca, ad quadragesimum
 octauum annum ætatis, Societatis verò tertium, pestilen-
 tiæ lue extinctus est. Quintus P. Petrus Ecixano Coadi-
 tor spiritualis, ex oppido la Rambla, diœcesis Cordo-
 bensis, quinquaginta octo annos natus, quorum vigin-
 octo in Societate vixerat, pestilentia sublatus fuit, vir
 quidem in audiendis confessionibus assiduus, orationibus
 apprimè deditus. Sextus Ioannes Martinez Coadiutor
 formatus plus quàm sexaginta annorum, eorum triginta
 & eò amplius, in Societate degerat, vir simplex, & re-
 ctus, ac boni Societatis nostræ studiosissimus. Septimus
 Martinus Rodriguez, Coadiutor formatus quadragesi-
 mum secundum annum natus, duodecimum verò in So-
 cietate versatus, Lusitanus ex oppido Redesezo, diœce-
 sis Bracharensis, pestilentia correptus est. Octauus Pater
 Franciscus de Montoia, Hispalensis, triginta quinque an-
 norum, eorum viginti vnum in Societate fuerat, specta-
 ta sanè virtutis vir, peste consumptus est. Nonus Ioan-
 nes de Mediano, natione Cantaber, Tyro vñdecim men-
 sium, virtutis admodum studiosus, periit pestilentia mor-
 bo. Decimus P. Ludouicus Lopez, sexagesimo tertio acto
 iam anno, & in Societate trigesimo, ex oppido Estepa,
 vir planè omni virtute conspicuus: quapropter æque
 omnibus dilectus, & æstimatus pestilentia correptus est.
 Vñdecimus Petrus de Valdiuia, Coadiutor formatus, ex
 oppido Companario, trigessimum quintum annum agens,
 in Societate verò decimum septimum. Duodecimus P.
 Antonius de Aiala Granatensis, quadragesimum nonum
 iam

iam annum egerat, & in Societate vigesimum octauum,
 quatuor votorum professus, vir quidem cum doctrinæ
 singularis, tum etiam virtute insignis. Is Baecano, &
 Marcenensi Collegio præfuit. Decimus tertius Ioânes de
 Duennas vigesimo primo iam expleto anno, secundo ve-
 rò & dimidio in Societate exacto. Decimus quartus Pa-
 ter Ludouicus de Sanctander Altigitanus, septuaginta
 duos annos natus, triginta septem intra Religionis septa
 vixerat, ac fidem Deo quatuor votis obligauerat: In-
 gressus fuit in Societatem Sacerdos, fuitque primus,
 quem Pater Natalis in hac Prouincia Cordubæ, etiam
 ante illius Collegij fundamenta iacta, in Nostrorû nu-
 merum adscripsit, iam inde à tyrocinio Societatis munia
 obire cœpit, plurimorum Collegiorum fundationes
 promouit, ac Societatis nomen multis in locis latè pro-
 pagauit. In insigni illa Cæsaraugustana persecutione is
 fuit, qui habita ad populum concione, cuius animos
 leniuit, atque sedauit. Castellana Prouinciæ Procura-
 tor electus anno millesimo quingentesimo octuagesimo
 septimo Romam petijt, vbi in re quadam aduersa eam
 animi cōstantiam, ac fortitudinem retinuit, vt ad exem-
 plum omnibus enituerit, suamque virtutem tam dome-
 sticis, quam externis planius testatam reliquerit. Tandem
 in hanc Prouinciam venit, & quamuis senex, infirma va-
 letudine, viribusque exhaustis, ita in excipiendis confes-
 sionibus sedulus fuit, vt ne firmissimis quidem, robustissi-
 misque concederet. Erat Pater natura mitis, animo for-
 tis, charitate singularis; nullum excludens, quibus cum
 omnibus charus esset, omnium sibi animos facile concili-
 abat: id quod eo tempore, quo Nostris in Societate
 præfuit, triginta videlicet annis maximè perspectum est.
 Mira fuit in agendo cum Nobilibus, eorumque tractan-
 dis animis dexteritate. Ac ne singula prosequar, talis is
 demùm extitit, quales nostra Societas requirit: eximia
 quadam

quadam fuit erga B.N. Patrem Ignatium pietate, de quo summa semper veneratione loquebatur, & in hoc morbo quo absumptus est, ipsius precibus, & meritis selemis a Deo cumulatam beneficijs sæpissimè dixit. Nunc suæ mortis accepto, sublatis in cælum manibus ingentes quidem gratias egit, & tantam, tamque eximiam letitiam, atque hilaritatem, tam summam etiam obtinendæ felicitatis æternæ confidentiam ostendit, ut præsentem omnes & ad admirationem maximam, & ad pias simul lachrymas excitaret. Obijt peruigilio expectationis B. Virginis, quam dum vixit, præcipua quadam pietate venerabatur. Eius obitus, utpote viri optimi, atque utilissimi, non solum domesticorum, sed externorum etiam animos ingenti doloris acerbitate sauciavit.

PER SPECTVS est hoc anno in Nostris spiritus feruentioris ardor: omnes quippe ferè hac in domo commentationibus spiritualibus exculsi sunt: summa fuit animorum contentio, mortificationis extremæ, ac demissionis propriæ cura vigilantior. Videbantur quidem ad pestis subsequituram calamitatem à Domino præparari. Huic tam egregiæ dispositioni fructus vberissimi respondere, ijs scilicet, qui tanquam nostræ Societatis proprii, à Nostris auidè exoptantur. Multi ad nos & consulendi, & consilij petendi causa confluunt, in quo haud obscure cernitur, quanta sit apud externos nostræ Societatis æstimatio. Sodalitas quædam Clericorum singulis Dominicis diebus lectioni, colloquijsque spiritualibus, ad instar collationis spiritualis vacantium, instituta cœpta est. Conueniunt etiam ex Ecclesiastico Senatu nonnulli. Præst Sacerdos vnus è Nostris, ad eosque accommodatas exhortationes habet, & (ut sese dant in re) fructus in posterum prænunciantur vberissimi. Die Christi Circumcisionis sacro, Dominicani Patres nostrum festum, ut solent, aduentu suo cohonestarunt. Filius Ducis de

de Vezar, qui hæres primarius erat ditionis illius, concionatus est. Vespertinæ preces, ac Missæ sacrum ab alumnis Anglicani Collegij solemniter, ac cœremonia, cantu composito, decantatum est, qui cùm propter summam in canendo dexteritatem, tum etiam propter nouitatem rei maximam habuere celebritatem, & plausum.

IN HAC Vrbe communis pestilentie vis, ita longè, lateque peruagata est, vt ciuitatem magna ex parte perpetuis ferè funeribus exhauserit. Quo tempore tanto ardentiori studio à Nostris laboratum est, quanto præclarior illis sese offerebat occasio. Quandiu enim lues urbem occupatam tenuit, ij externis agris, nullo habito personarum discrimine, non secus ac domesticis affuere, & quo magis hæc Nostrorum facilitas, & communi necessitati subueniendi desiderium omnibus pateret, tum domi, tum in templo maximo id in concionibus vulgatum est. Primum ergo tam illustri, & glorioso muneri oblatis sunt Sacerdotes duo. Alter P. Petrus Ecixano, fortissimi animo, & singulari virtute vir. Is annis etiam præteritis, quibus pestilentie contagio hanc eandem urbem afflixit, summo animi ardore & incredibili proximorum zelo excipiendis ægrotorum confessionibus diligentem operam nauauit, quem (vt idem dixit) voti religione sese astrinxisse scimus, petendi vt sibi potestas fieret causa confessionum ad eundem in quamlibet Prouinciæ partem, quæ pestilentia laboraret. Alter Pater Martinus de Guerra, & ardore, & magnitudine animi suo Socio quàm simillimus, quorû insignis opera tû animis, tû ægrotantiû corporibus diligenter impensa, eò usq; perducta est, vt in tantâ singulari charitatis opere, extremû vitæ diem morte cõficerent. Primus pestilentie vulnus accepit P. Martinus de Guerra, qui horas duas, & eò ampliùs prostratus humi in ægroto quodam consolando posuerat, cuius ita
iace

iacebat animus, vt aliquam sibi consolationem adhiberi ab eo quam enixè contenderet: secus enim se damnatum iri existimabat. Tanta necessitate commotus post peracta confessione, prædicto tempore illi iam morbum affuit, & nobis postea confirmavit se libenti animo mortis periculum adire, quòd hominem illum vt diuina fuitus gratia arbitrabatur, Deo peperisset: Is vi morbi intra quadriduum absumptus, summa animi pace, alacer, lætusque migravit: Cuius Socius P. Petrus Feixano octavo suæ infirmitatis die, non minori lætitia, & sui spiritus tranquillitate discessit. Horum Patrum præclarum ac singulare pietatis exemplum ita in hac ciuitate præluxit, vt sancti, & martyres Christi pleno ore appellarentur. Nec ob eorum interitum Valetudinarij adeundi cura intermissa est, quin potius alijs, alijsque sibi inuicem succedentibus, instaurata, & post discessum etiam aliorum Religiosorum ac ipso Valetudinario, nihil à Nostris de eundi assiduitate, nihil de constantia remissum est. Quod ita æstimauit ciuitas, vt sedata iam pestilentia vi, ad nos miserit, qui quam maximas suo nomine, quam cumulatissimè gratias agerent, peterentque vt iam illuc ire desisterent: neque enim nisi ipsorum rogatu, adiri desitum est. Placuit autem diuino numini eos, qui demortuorum loco suffecti sunt, quamuis diutiùs Valetudinarium frequentarent, ab omni prorsus contagione intactos, saluos, incolumesque seruare. Toto autem pestilentia tempore consueta Ecclesie preces, quas Litanias vocant, perfonantibus cymbalis, festis etiam diebus Eucharistia sacra publicè proposita, ac vesperi concione adhibita, in templo nostro, recitata sunt: tantusque fuit numerus obeuntium poenitentia, & Eucharistia sacramenta, vt solemnè Iobilei diem referri videretur.

DOMVS laxari coepit aedificio nouo, quod iam ad exitum vergit. Tres illius partes prope iam confecta

sunt, atrium est satis amplum, cuius inferiores patent porticus, superiores verò clausæ sunt fenestris solummodo apertis. Vestibulum egregiè concinnatum introeuntibus aditum præbet, vbi accommodatæ quædam cellulæ ad excipiendas confessiones ædificatæ sunt. Suprà bini parietum exsurgunt ordines in cubicula distributi: in summo autem egregiæ quædam eminent moenianæ, ad prospectum simul, & venustatem. Totum ædificium satis firmum est, visendum planè, & elegans, sed religiosum, atque ita apud externos maximam habet celebritatem, & plausum. Ad quod hoc anno liberaliter sunt collata non pauca, aliqua etiam nobis testamento legata, plura præterea elemosynæ nomine donata sunt. Obijt matrona quædam Illustris, nobisque bis mille aureos nummos legauit, cui octingenti in annuos redditus soluebantur, quibus nostrum prædium obstrictum erat, & hac legatione, hoc censu liberatum fuit. Præter argenteam lampadem, quam ciuitas nobis elargita est, trecentos etiam nummos aureos, ad compensandos sumptus, qui facti sunt, nobis liberaliter donauit. Ornamentis aliquot, aliisque ex argento fabrefactis aucta est sacra suppellex: binæ etiam cameræ, instar odæi, ex aduerso aræ maximæ ad sacrum audiendum ex ædificatæ sunt. Duo ex Nostris eum obière locum, qui vulgò, Almadrabas, appellatur, aliaque vicina oppida lustrarunt, vbi cum magna fuisset oblata seges, perutiliter laborarunt. In vno ex his oppidis, vbi non sine graui eius offendiculo, ac detrimento, aliqui mutuis inter se odijs distracti erant, qui Nostrorum opera, & industria reconciliati sunt.

COLLEGIUM HISPALENSE.

RES è Nostris hoc anno decessere, alius Ioannes Ruiz Montellanus, quatuor vocorum professor, iam quinquagenarius, Rectoris, & cij Prouincialis, ac Visitatoris munere peritus. Alius Genesiu Ruiz coadiutor ex oppido Lorca, plusquam quadraginta annos natus. Alius Blasius Moreno Coadiutor tyro quindecim dierum, pestilentia abreptus fuit. Res huius Collegij arctæ nimis fuerunt, & angustæ, tum ob plurium supra quàm potest sustentationem, tum etiam ob molendini defectum: eius enim causa factum est aliàs ne Collegium tanto ærè alieno premeretur. Quàm multa in sacram collata sunt suppellectilem! Nam præter grandem calicem, ac circulum argenteum inauratum, illuminatum specularibus, ad Christi corpus collocandum, qui bis mille argenteis stetit, conatum est aræ frontale quoddam, cum casula ex purpureo serico gauſapino, ax auro admirabili splendore contextum, vnaque cum rochetto, alijsque ad altaris decus, & venustatem spectantibus, quod octingentis aureis valebit. Insuper donatæ sunt ampullæ inauratæ quæ octuaginta nummis aureis æstimantur. Coempta præterea infantis I E S V effigies pulcherrima, quæ octingentis constitit nummis aureis. Confectum etiam est trecentorum aureorum expensa visendum quoddam, venustumque sepulchrum, ad sacratissimum Christi corpus condendum, iustaque solennia persoluenda. Gymnasij constructio quamuis materiæ ad ædificandum necessariæ ingens vis & copia congesta sit, absolui tamen non

non potuit: nondum enim soluta fuit pecunia, quam ad
 inchoandum opus ciuitas liberaliter elargita est.

MAGNVS fuit in Nostris ardor spiritus, magnus in
 virtute prouentus, idque multis argumentis perspectum
 est. Hinc profecti sunt Sacerdotes duo, alter Theologiæ,
 alter verò Latinitatis Professor ad missionem quamdam
 satis grauem, & periculosam in classe, quam Præfectus
 Castellæ maximus ducebat, in quo quis fuerit laborum
 fructus, frequens confessionis vsus ostendit. Quamplu-
 rimi enim milites antequam è portu soluerent, sordes a-
 nimi eluerunt, in ipsaque naui singulis diebus ad fun-
 dendas ad Deum preces, milites conueniebant, & ad do-
 lendum perfectè de peccatis ex formula quæ in charta
 papiracea malo affixa scripta continebatur, id quod ad-
 modum salubre fuit. Cum autem plures in graues inci-
 didissent morbos, Nostrorum qui melius habebat, vt con-
 spectis nauim affectis corporibus refertam, formidine
 in misericordiam versa, ægros omni ope iuuare statuit.
 Ergo laborantium peccata expiare, ægrotorum corpo-
 rum sordes abstergere, cibos illis condire, & in eorum
 etiam ora inserere, atque adeò de necessario sibi victu
 detrachere, aliisque, qui grauiori premebantur inopia
 benignè subministrare coepit. Quo id effectum est, vt
 eorum sibi animos conciliaret, magnamque Societatis
 æstimationem omnibus ingereret. At Deus horum labo-
 rum, quos multos, & magnos sustinuerat, citò præmia
 persoluere quàm differre maluit. Igitur antequam è
 naui descenderet, in morbum tererrimum incidit, quo
 deinde in nostro Gaditano Collegio extinctus est. Vnus
 è Nostris aliquot commoratus est dies, sanè quidem uti-
 liter, in oppido vulgò Alcalà del Río, vbi nostrum Col-
 legium pingue Sacerdotium obtinet: tantum enim as-
 fiduis concionibus profecit, vt omnes ad eluendas animi
 maculas, multi à prima etiam ætate iniustas, turmatim

confluerent. Iam vehemens in Nostris exarsit desiderium adeundi Nosodochium eorum qui pestilentia laborabant, ut id à P. Prouinciali summis precibus contendere. Quod licet non obtinuerint, audiendum confessionibus multorum varijs morbis laborantium, à quibus accersebantur, & plurium etiam aliorum in domum Nostram confluentium, suo desiderio cumulatè satisfecerunt. Duo in hac vrbe duodecim iam annis mutuas inter se inimicitias gerebant: alter enim alteri alapam in templo maximo impegerat. Qui iniuriam acceperat, toto hoc tempore aduersarium ad vindictam obseruauit, ac tandem occasione data plagam illius ori infixit, quo excitata odia magis exartère, ac inter singulos de vlçiscenda iniuria aut per se, aut per alium, oblata pecunia, agebatur. Sed qui plagam accepit Matritum adiit, diploma à Senatu Regio extorsit, ut causæ huius cognitio Regio Iudici capitalium rerum Granatensi, Hispali rû versanti, addiceretur. Quod ut sciuit alter, ne in vincula conijceretur, cœpit armatorum copia sepe incedere, interfecto quæ inimico fuga salutis consulere decreuit. Ea de re factus certior vnus è Nostris aduolat statim, vtrumque alloquitur, ac tandem sua opera, & industria, ne Iudici diploma regium exhiberetur effecit, inimicitias diremit, & vtriusque animum inter se conciliavit. Enituit in Scholasticis nostris eximius charitatis ardor, magna illis diuinitus iniecta desideria proximorum salutis operam nauandi, profectioem quæ in Indos petière nonnulli: quorum tres vnâ cum Fratrem Coadiutorem in Mexicanam Prouinciam adière. Alij dominica quoque lucè rudibus, & imperitis Christianæ fidei dogmata exponunt. Alij etiam festis diebus matutino tempore loca vrbs frequentiora lustrant, ut passim vagantes homines, & ignauo diffuentes otio, blando vultu, lenique oratione subinuitent, ut in æde nostra, vel in alio

alio templo sacris mysterijs interfint.

TANTA est æstimatio qua floret Collegium nostrum in hac vrbe, vt non solùm primarij viri, sed cuiusque ordinis Religiosi, ad exquirendas quæstiones de officijs ad nos accurrant, licet in cœnobijs huiusce vrbis insignes admodum, ac docti viri versentur. Virtutis amor in externis adolescentibus maximè cernitur. Eorù vnus dum per viam incederet à foemina è fenestra acersitus nihil mali suspicans ad ianuam accessit, negotiù magni ponderis fingens se habere mulier, iuuenem in superiorem domum aduocat. Ille mali latentis ignarus ascendit, cui apprehenso mentem sceleratam aperit. Iuuenis vt qui magni æstimabat animum ab omni peccati labe intactum conseruare, excogitauit ex tempore rationem aliquam, vt è sceleratis illius manibus aufugeret, eamque dum fictis verbis decipere conatur, impetu quàm maximo potuit auulsus, ex illius se conspectu proripuit. Multi varijs Religiosorum familijs nomina dedere, multi Sacramenta frequenter obeunt, & vt frequēs eorum vsus apud illos increbrescat, quàm diligentissimè contendunt. Inter hos omnes virtute, ac pietate præcipuè florent, qui sunt in Sodalitate Virginis Annunciatæ. Nec minus pietatis studium perspicitur in ijs, qui in Catechismi Sodalitio versantur. Plurimi enim illorum in templum maximum conueniunt, vbi spirituali lectioni vacant, & quater in hebdomada, in Aduentu autem Domini, & Quadragesima singulis diebus se diuerberant, alios etiam ad hoc adducere conantes. Post Paschales verò ferias pauperes, ac de media plebe homines ad Confessionis, & Eucharistiæ mysteria obeunda deducunt.

COLLEGIUM CORDVBENSE.

RES huius Collegij & annuo reddito septuagintorum aureorum, quos hereditate accipit, & eleemosynis amplissimis ad sumptus in Congregatione faciendos liberalitate maxima collatis non mediocriter aucta sunt. Octingentis qui super fuerunt aureis nummis, accommodatum quoddam peristylum aedificari coeptum est. Additum splendoris & ornamenti non parum templo nostro, illustri quadam & egregia tabula, in qua vtriusque Ioannis effigies, ac Christi assertoris nostri apprimè cernitur depicta, qua excitata fuit aliorum pietas, ad opus simile in aduersa ara conficiendum. Episcopus dum dioecesim perlustrans, duos è nostris laboris socios, & consilij concios, secum habere voluit: ac vix dici potest quantum Societatis munia exercendo profecerint: Nostrorumque exemplo Sacerdotes aliquot studiosi è Sodalitate Virginis Annuntiatae excitati sunt ad mittendam falcem in messem Domini, quae utpote matura, eos allicit, & inuitat. Non pauci ex auditoribus nostris varijs sese Religiosorum coetibus manciparunt, quorum duo in Societatem admissi fuerunt, ad domestica verò ministeria recepti sunt quatuor.

OBIERE Sacerdotes duo, totidemque laici: omnisque ijs, quae de singulis dici possunt non utique erit rationi consonum, felicem P. Melchioris de Castro recordationem silentio praeterire, viri sane singulari animi demissione, insignique prudentia simul cum niuea quadam simplicitate, quibus admirabilis illius doctrina satis
omni

omnibus cognita, atque perspecta mirabiliter elucebat. Nec quisquam dubitat, quin illius interitu præclarum quoddam, ac singulare virtutis, & doctrinæ exemplum interierit. Eius mors, propter tanti viri iacturam, nos grauitè, & acerbè perculit, quam omnes proculdubio maximam fuisse existimant. Cuius rei non vulgaria signa præbuere alij etiam ex Religiosorum familijs, & ex Ecclesiastico Senatu, qui ad illius funus cohonestandum sponte sua, frequentes in domum nostram conuenerunt, non tam ob Societatis causam, quàm ob eximiam affectionem animi, præclaramque opinionem, quam de illo, de illius doctrina, ac virtute conceperant. Magna est in hac vrbe Societatis opinio, idque Episcopus, vterque Senatus, Censoresque fidei multis in rebus sæpissimè ostendunt. Celebrem, solemnemque pompam Corporis Christi per nostrum templum procedentem, quam potuimus, maximo apparatu excepimus. Ad valuas enim templi arcæ tres miro ordine excitatæ sunt, aliæ alijs superimpositæ: his accedebant aliæ ab his, qui Annunciatæ Virginis cultui, ac venerationi addicti sunt, apparatu quodam visendo erectæ; constructo etiam triumphali quodam arcu, quâ solemnis pompa procederet. Quæ omnia varia compositionum genera tum Hispana, tum Latina, tum etiam Græca à nostris Fratribus confecta, ita mirabiliter decorabant, vt prætereuntium oculos ad se raperent, atque conuerterent.

COLLEGIUM GRANATENSE.

SVSCEPTAE sunt ex hoc Collegio expeditiones duæ. Altera in montes Guadixientes, altera in Oram, vulgò, Rio de Almançor, quæ utilitates magnas multis oppidis & pagis attulerunt, quos Sacerdotes 4. percurrere docendo. In ijs enim multi adeò rudes inuenti sunt, vt elementis Christianæ fidei, non secus ac catechumeni, essent instruendi: multæ præterea sunt ignorantia ablata. In quodam oppido primarij duo, ac nobiles viri erant, qui se publicè ignominiosis dictis lacerauerant, tantæque inter eos inimicitia exarserant, vt non sine magna totius oppidi offensione, mutuis sese sermonibus priuarent. Cùm verò suum vterque animum à peccatis expiallet, diuinumque ac cœlestè pabulum accepisset, quodam die festo, prope templum in Beneficarij, aliorumque hominum, & Sacerdotis nostri conspectu, qui illorum exceperat confessiones, alter ab altero supplex commissi veniam petiuit, & orationem suam retexentes in pristinam amicitiam sunt restituti. Cùm semel quidam ex Nostri ad mulieris cuiusdam confessionem excipientem, quæ cum magno vitæ discrimine triduum iam partui vicina erat, accersitus esset, Pater primò mulierem cohortatus est, fore vt diuina ope, & auxilio præsentis periculi expers omnino euaderet, si animi sordes, ac maculas elueret. Quod non secus accidit, ac Pater dixerat. Finita enim & absoluta confessione, foetum, licet mortuum, in lucem edidit, nullo vitæ suæ periculo. Cùm quo

quodam die vnus è Nostris aleatores ex suggesto reprehendisset, quorum magnus erat in oppido numerus, adijt Prætor domos huic ludo destinatas, in quas magna solebat collusorum multitudo confluere, eos obiurgauit, edixitque in carcerem, & vincula coniungendos ni aleatorias chartas è manibus deponerent, & explanationem Christianæ doctrinæ à Patribus auditum se statim conferrent: atque ita eos nulla vi, nulla offensione, sed vtrò à turpi otio abduxit. Cùm vir, & coniux mutuis inter se discordijs, & inimicitijs diffiderent, adeò in dies percrebuerant, vt se locorum intervallo disungerent, & alter alterum in fastidium vocaret, multa sibi vterque falsis testibus peccata, ac delicta confingentes. Res deinde ad Proëpiscopum delata est, vt se à matrimonij foedere disungerent: at res prosperum euentum habuit; vir enim Nostrorum hortatu incitatus coniugem quæsitum adijt, & quas auerant, deponentes simultates, in pristinam societatem redierunt. Quidam cùm peccata per confessionem expiare nollet, repentino, ac vehementi morbo correptus est, adeò vt ad extremum deueniret. Accersitus est vnus è Nostris (iam enim vterque ex oppido discesserat) qui eius confessionem exciperet, eò quòd Parochus ægrotaret. Ille statim aduolat, hominemque inter sæuos mortis angores vultus, & ora torquentem inuenit, tamque horribili forma, vt videntibus terrorem incuteret. Vix tandem clamoribus magnis materiam absolutionis elicuit, & intra horam mortuus est. Alteri, qui ab expianda cõscientia abhorrebat, magna lini copia combusta fuit, volenti que flammam extinguere, os, manus, pars etiam domus cremata est, ac nisi oppidani subuenirent, tota domus incendio delagraret. Prætermitto multa alia quæ cogitari, quàm dici meliùs existimo.

COLLEGIUM MONTELLANVM.

IN Montellano Collegio ex ijs qui morbo confictati sunt, excelsere duo. Alter P. Didacus de Auila Hispalensis, quadragesimum quintum annum agens, concionator egregius. Is Astigitanae sedi exurgere incipienti per aliquot annos praefuit. Cuius insignis, dum vixit, opera saluti proximorum impensa, cum pari prudentia, & vitae probitate certabat. Quem duabus missionibus admodum fructuosis ad supremum vitae diem Deus comparauit: Alter frater quidam laicus, Ludouicus de Molino, Tyro, qui post primum Societatis experimentum, absterfis per confessionem antea vitae sordibus, in primo spiritus ardore graui morbo correptus, intra octo dies e vita migravit. In Patribus, Fratribusque tam antiquis, quam tyronibus, de suo in virtute progressu non vulgaris cura fuit. Itum est in vicina oppida, ibique cum ingenti animarum lucro elaboratum. Ablati sunt errores multi. Matrimonia irrita in veram Sacramenti formam redacta non pauca.

I N oppido quodam cum Nostris initio difficulter pateret aditus, tantus in eo primis concionibus oppidanorum exarsit amor, vt certatim in domum suam eos deferre quisque contenderet, ibique impensa opera haud inutilis fuit. Quidam confitendi causa plusquam leucarum septem iter confecit. In alio oppido doctrinae inopia laborante sancitum est, vt singulis festis, recitato euangelio, mysteria fidei a Parochis explicarentur. Alibi tanta affectione animi omnes ad confitendum accurrebant, vt qui a confessione abstineret, anathemate notaretur. Tantusque ex vicinis oppidis, ac villis confessionis causa concursus

Morsus fiebat, vt in cœmiterio Ecclesiæ esse cogentur,
 donec peccata expiarent. Religiosus quidam profugus, &
 seculari veste indutus, audita in foro ab vno è Nostris
 concione, ad eum postea venit, cui cum rem totam expo-
 sisset, petijt, vt redeundi in suum cœnobium rationem
 aliquam præscriberet, illum enim eius iam vitæ tædebat,
 curanteque id Sacerdote vno è Nostris, in suum cœno-
 bium redijt. Accidit calamitas quædam nobili cuidam
 adolescenti, qui decem ferè mensibus in Societate dege-
 rat. Is cum à communi hoste oppugnaretur, vt relicta
 Societate ad seculum rediret, quòd bonæ esset indolis, &
 quòd volente, & intendente Patre in eam fuisset ingres-
 sus, & quòd denique infortunium maximum timeret, hoc
 tempore in Societate permansit. Iniecta enim illi fuerat
 formidolosa quædam cogitatio, esse videlicet ad fores
 Collegij, quibus sibi egrediendum erat, immanem quan-
 dam belluam, à qua timebat esse dilaniandum. Quamob-
 rem cum exitum è Societate distulisset, tandem ab in-
 cepto desistens ad secularem vitam reuersus est. Cum-
 que timorem omnem adhuc occurrentem animo, fre-
 quenti confessionis, & communionis vsu à se conaretur
 expellere, tandem intra paucos menses in nostræ Socie-
 tatis gymnasio, vbi Dialecticæ dabat operam, ab alio
 condiscipulo, ob leuissimam causam pugione confossus,
 absque confessione statim mortuus concidit. Nostrorum
 studentium numerus hoc anno, ad trigessimum vsque per-
 uenit: eorum multi ad varios Religiosorum ordines se
 contulerunt.

COLLEGIUM MARCENENSE.



VOD festum in carnis priuio celebrari consuevit, maiori pompa, & apparatu celebratum fuit hoc anno, adhibita uocum, neruorum, & tiliarum harmonia: duabus item puerorum choreis, spiritalique exhortatione, presentibus Ducibus, ac præcipua ferè oppidi nobilitate, non mediocri Societatis æstimatione, quæ talia remedia adhibet ad occurrendum peccatis, nimixque horum dierum licentiæ. Instauratum est Sodalitium charitatis, quod anno præterito, vnius è Nostris consilio institutum fuerat, ad alendos pueros expositos, subueniendumque eorum necessitati, quos à cogenda stipe nobilitatis pudor deterret. Vir quidam nobilis qui annis octodecim turpi infimæ cuiusdam mulieris amore tenebatur, & sex ex ea filios susceperat, vnius è Nostris concionibus adeo per-motus est, vt ad eum statim aduolarit, acturus cum illo de ineunda nouæ vitæ ratione; tantamque morum commutationem fecit, vt cum vir esset nobilis, mulier autem infima, nullius precibus adduci potuerit, quin ipsam sibi in matrimonio coniungeret. Hominis cuiusdam animus cum diuinitus pulsaretur, à Societate flagitiôsæ mulieris distractus est, quam distractionem ita illa ægre, & acerbè tulit, vt penè statu mentis emota, videretur. Eam allocutus est vnus è Nostris, adhortatusque vt animum confessione expiaret: quo factò omnis furor penitus deseruit, & in posterum optimam vitæ rationem instituit. Præua quædam consuetudo ludendi ablata est. Perbreuis, & periucunda actio exhibita, vt de filij coniugio Ducibus
gra

gratularemur. Vnus ex Theologiæ Professoribus, qui Hispani pestilentia causa huc venerant, toto vere explicandis quæstionibus de Officijs magno Clericorum fructu, singulis diebus operam nauavit. Excurrebant duo ex Socijs huius Collegij in quædam oppida Diœcesis Cordubensis, in quibus haud mediocris fructus perceptus est. In quodam oppido magnus iurandi abusus Nostrorum doctrina sublatus.

COLLEGIUM
B A E C A N V M.



V NUS è Nostris in Academia huius vrbs, Doctorum Rectorisq̃ue rogatu, ingenti omnium plausu Theologiam profitetur. Hinc missi sunt duo, suamq̃ue operam perutiliter impenderūt.

COLLEGIUM
MALACENSE.



M A G N V S perceptus fuit fructus ex concionibus in foro habitis. Vnius enim causa quadraginta cōfessiones generales exceptæ sunt. Qui in publica custodia detinentur, omnes confessione purgati, cælestibus primum Eucharistiæ epulis, deinde etiam terrestribus saturati sunt. Quidam ad Confessarij pedes prouolutus præ timore suffocari videbatur, & per horam, imò per diem integrum, nihil aliud facere potuit, quam crebròs singultus edere. Transactis verò aliquot diebus confessus est, & in suscepta vitæ ratione

tionem permanet. Alter sapius domum Nostram ingressus, nec ausus vni è Nostris peccata patefacere, ad alium Religiosum adiit, monitusque ab illo opus sibi esse ad ostendendum ad nos venire, paruit ille statim, & in melius vitæ proposito persistit. Pestilentia formidine magnæ fuit Sacramentorum usus. Multi in varios Religiosorum ordines, & in Societatem aliquot se receperunt. Exactiones duæ factæ sunt magnæ utilitatis, & emolumentum. Aedificata est hoc anno præcipua pars domus, centum & quinquaginta pedes in longitudinem patens. Binæ superiores habitationes in octodecim sunt cubicula distributæ, & ad ædificationem sexcenti aurei, & eo amplius nobis eleemosynæ nomine donati fuerunt. In aduentu Episcopi exhibita fuit actio quædam grauis ac periculosa, erudita quadam, ac pereleganti oratione ab humanitatis Professore præhabita.

COLLEGIUM GADITANVM.

CADIBVS Nostrorum opera in animorum salute quàm utiliter impenditur! Nam & ad præsidarios milites huius vrbis, & classis etiã Regiæ, quæ in hunc portum conuenit, cõciones cum ingenti fructu habitæ sunt. Multi enim vitam in melius commutarunt: alij relicto seculo, in Religiosas familias se abdiderunt. Plures quàm quinquaginta rotius antea vitæ confessiones exceptæ sunt: nec minore cura, & utilitate laboratum est, cum ijs, qui in triremibus Hispaniæ, & Siciliæ versantur. Religiosi aliquot, qui extra cœnobiorum septa sæculari habitu degebant, ad propria cœnobìa reuersi sunt. Tres vincti ex morte, quæ iam

dam damnati erant, fuerunt erepti. Trecenti nummi aurei
tam in sacram suppellectilem, quam in rem domesticam,
nobis donati sunt.

COLLEGIUM VBETANVM.

NCHOATVM est templi ædificium eleemosynis ab aliquibus è ciuitate collatis. Nobilis Lupus de Molina, thesauri Ecclesiastici præfectus, primum lapidem cum solemnè cærimonia constituit, eisdemque eleemosynis opus promouetur. Amplificata est suppellex sacra frontali quodam ex serico raso, & damasceno albo, textili auro, argentoque depicto: egregia præterea pixide sacre Eucharistiæ adseruandæ, prægrandi etiam calice mirè elaborato. Capsa itidem sacris vestibus adseruandis, alijsque minutis rebus, quæ omnia stant aureis circiter quingentis. Recepti sunt in Societatem duo, alter eorum laicus, Nobis donauit ciuitas partem aquæ, quæ aureis mille æstimatur.

COLLEGIUM CAZORLANVM.

AZORLAE copiosus fuit huius anni fructus. Missiones duæ factæ sunt ingenti animorum lucro. In oppido Quesada Aduentu Domini, & Quadragesima præterita perutiliter laboratum est. Quidam propter peccatum à se
com

commissum sibi manus consciscere decreuerat, Nostros
 verò opera ex animi, & corporis periculo liberatos est.
 Duo cum in proxima essent occasione peccandi, cum
 alter cum duas horribiles figuras aspiceret, ingenio
 more correptus peccandi occasionem reliquit, ac de
 vnum è Nostros certiore fecit. Mulier quæ multa
 oppido erat offendiculo, audita ab vno è Nostros con-
 cione, è flagitiorum cœno, in quo volutabatur, eme-
 sit, ac nobilissimo nupsit. Tabernæ aleatoriarum, due ab-
 tæ sunt: à concubinato abstracti multi; amicitiarum
 pauca compositæ. Quidam consanguineo alapam in-
 pegit, ac magni inde motus metuebantur, sed Nostros
 opera reconciliati sunt. Alius Nostros monitu am-
 culæ resectæ iniuriam inimico condonavit. Quidam ce-
 rum aureorum pretium Sodalitati Beatæ Virginis dona-
 uit. In hoc Cazorlæ oppido, præter alias multas graues
 quædam viginti annorum inimicitiarum sopitæ sunt. Tres
 capitis condonationes obtentæ. Familiarum duarum cuiusdam
 oppidi, quæ ita mutuis inter se odijs distractæ erant, vt
 in mutuam eadem conspirassent, & vtrinque iam aliquæ
 vulnera accepta, & inflicta fuissent, in pristinam ami-
 citiam redactæ sunt. Iam denique multæ amicitiarum factæ,
 vt publicè diceretur neminem sciri, qui inter se inimi-
 citias gereret. Quibus tam optima est de nostra Soci-
 tate concepta opinio, vt affirmetur quicquid eius inde-
 stria confectum non fuerit, difficulter quidem confici
 posse. Conuictorium optima sui opinione hoc anno pro-
 uectum est, multiq; è remotis partibus ad illud ve-
 niunt, quadragintaq; hoc anno numerati sunt,

A Z O R L E copiose sunt in hunc
 que M. L. onca due factæ sunt legentis
 morum inco. in oppido. Quæda Aduer-
 Dominæ. Quædamque præterea hant
 laborum est. Quidam præter præterum à se
 com

COLLEGIUM FREGENALENSE.

IN hoc oppido Fregenalensi summa Alphonsi de Palz liberalitate, & munificentia hoc anno Collegium extructum est. Huc peruenerunt Patres medio Ianuario, eximiaque lætitiæ, & alacritatis significatione excepti sunt, vbi conciones ad populum haberi, & Christianæ fidei rudimenta populo tradi cœpta fuerunt. Magnus ad audiendum concursus hominû siebat: vsus etiam sacra mysteria frequentandi paulatim inducitur. Qui vniuersæ vitæ maculas confessione eluerunt, plurimi numerantur; quod id effectum est, vt multi qui animum diuturnis peccatorum sordibus obsoletum habebant, ad meliorem se frugem vitæ receperint. Prauæ consuetudines vsurariæ sublata. Restitutiones multæ, tum rei familiaris: tum etiam honoris factæ sunt. Prima concione audita qui coniugem, & adulterum vinctos habebat, domum nostram venit, ac Patrem aduocans, accersito tabellione, iniuriam vtrique condonauit, vt diuinam in se maiestatem propitiam experiretur. Adita sunt Xenodochia, & ergastula publica. Quidam quod leuirum suum ex insidijs occidisset, capite damnatus est, absterfisque per confessionem totius vitæ maculis confirmatus, adiutusque à Nostris, mortem æquo animo pertulit. In vicinos etiam pagos excursus est non sine magno proximorum fructu, qui antea vitæ labes confessione absterferunt, & prauis consuetudinibus reiectis nouam viuendi rationem instituerunt. Tres cognati viri nobiles qui diuturnas alebant inimicitias in pristinam amicitiam reuocati sunt.

alia

aliæ etiam inter viros graues inimicitia sublata. Vir quidam in medio foro plagam ab altero acceperat. Quæ propter tumultus magnus excitatus fuit in oppido, sed Nostrorum industria sedatus est. Signifer quidam nobilis à quo ictum in facie accepit, Sacerdotis Nostris conciliatus est. Alius plena, & extenta manu ab altero colaphum accipiens, facultateque obtenta illum in carcerem conijciendi, Nostrorum auctoritate interposita cum inimico in gratiam redijt. Pueri Christianam doctrinam, & cantiones pias edocti sunt, quibus magna popularitate viæ publicæ noctu personant. Initio Septembris scholæ latinæ apertæ sunt, quibus duo è Nostris elegantibus orationibus initium fecerunt. Ad quas Cœturiones, Religiosi, & clerici, alijque quamplurimi conuenerunt. Constant iam centum auditoribus, quorum tam in litteris, quam in virtute, magni progressus sunt. Ad Quadragesimæ conciones magnus fuit auditorum concursus, ingensque ex illis fructus perceptus. Est in hoc oppido D. Francisci cœnobium, cumque incidisset dies D. Francisco sacer, ad eum agendum celebrandumque Franciscani nostros inuitarunt. Idem etiam à Nostris reuerentiæ eo die, qui vniuersæ Societati sacer, & solemnis est, sua nos præsentia cohonestarunt. Oppidi erga nos beneuolentia cum alijs, tum hoc præcipue perspecta fuit. Duæ enim viæ ad Collegij ædificationem necessarie, omnium consentiente sententia nobis liberaliter concessæ sunt.

MISSIO

MISSIO ANTI- QVARIENSIS.

MISSI sunt duobus annis Antiquariam Ad-
uentus, & Quadragesimæ tempore, Sacerdo-
tes duo, & unus laicus, & summa omnium be-
nevolentia accepti. Cuius haud mediocre
indicium est, vnum è Nostri in Religiosorum coenobiz
festis non solum diebus, quos ipsi tanquam proprios cele-
brant, sed dominicis etiam ad concionandum inuitatum;
id quod magno animorum lucro factum est. Mira est er-
ga nos incolarum propensio; atque ita in omnibus rebus
consilij; aut remedij petendi causa ad nos confluunt. Ob-
tentæ sunt cõdonationes duæ, resque difficiles & præter
spem omnium compositæ. Nec parum ad hanc beneuo-
lentiam conduxit duorum Patrũ aduentus, quorum al-
ter suis concionibus ita ad se totam ciuitatem rapit, vt
templa, quamuis ampla, audientium multitudinem cape-
re non possint. Alter verò Catechismi explicatione, ves-
pertinisq; concionibus, non minus gratus exitit. Ad in-
signeta nobilis Francisci de Padilla liberalitatem accessit
tanquam cumulus, priuatorum benignitas, qui frumen-
tum, oleum, ac nummos ad Nostrorum victus elargiti
sunt. Alia etiam multa nobis liberaliter donarunt, plu-
resque Sacerdotes desiderant, quos suis sumptibus alen-
dos dicunt. Est nobis egregia quadam tabula, in qua Bea-
tæ Virginis effigies depicta est, quæ totam aram occupat,
magnique estimatur. Magna est iam Sacramentorum fre-
quentia, quam in dies augendam speramus. Hoc magnum
erga nos amoris signum; cum supra ostium I E S V no-
men affigeretur, præter opinionem Prætor, ac Senatores

multis alijs stipati, qui rei nouitate illos sequebantur, domum nostram peruenere, tandiuque ibi morati sunt, ubi interim personantibus, quoad IESV nomen exitum fuit, Patrique gratulati fuere, æstimantes magnætem Societatis ædiculam in ea ciuitate esse.

MISSIO ILLIUS

oræ, quæ vulgò Almadrabas dicitur.

HX Hispalensi Professorum domo, duo in exoras excurrerunt, quæ, quod Thynnorum picatu insignes sint, magna hominum frequentia celebrantur. Res Christiana præclare gesta est, ac fructus maximus perceptus: In oppido Tarifa magnus fuit contentium numerus, inimicitia aliquot diem rempta. Quidam audita concione dixit se nihil cibi sumpturum, quousque in domum inimici venia petenda causa se conferret. Quod sic effectum est.

MISSIO BELMAR.

PROFECTI sunt duo in oppidum Belmar, ubi vtiliter laborarunt. Deleti sunt abusus aliquot, nempe voti cuiusdam nudis pedibus obeundi ædiculam Diui Marci, licet niue plenæ essent viæ: præterea non lactandi infantes vsque ad certam diei horam. Prohibebantur etiam foeminae grandæ aliquid cibi sumere, licet fame perirent, & ob id tres è vita discesserent: Nec domorum etiam ianuas nec fenestras aperire, nec bombycibus pabula subministrare licebat, ad quæ firmitus seruanda poenæ statutæ erant. Hæc, inquam, & similia Nostrorum opera ablata sunt.

MISSIO ILLIVS

oræ, la Hoia de Baça vulgò.

HX hac missione fructus non mediocris partus est. Quamplurimi enim confessiones a primatate reperierunt, quorum aliqui duodecim, viginti, triginta, & plusquam quadraginta annos in peccatorum sordibus, ac coeno iacuerant: ex quo, & ex ignorantijs rerum, quæ animi salutem erant necessaria, emerferunt. Quidam, Nostrorum aduentus nuncio accepto, sex leucarum iter ad expiandas per confessionem animi sordes, confecit. Atque hæc sunt, quæ de singulis Collegijs speciatim hoc anno scribenda occurrunt.



COLLEGIUM
SASSARIANVM

Collegium in Collegio Sassariano quatuordecim, sexdecim, viginti, triginta, & plusquam quadraginta annos in peccatorum sordibus, ac coeno iacuerant: ex quo, & ex ignorantijs rerum, quæ animi salutem erant necessaria, emerferunt. Quidam, Nostrorum aduentus nuncio accepto, sex leucarum iter ad expiandas per confessionem animi sordes, confecit. Atque hæc sunt, quæ de singulis Collegijs speciatim hoc anno scribenda occurrunt.

antur, do
ci sunt, et
omen
magnu

S

quo in ea
orum pil
frequen
clare gelu
arifa ma
iquot di
cibi sum
petende

Belmar,
t abusus
s pedibus
nive ple
ysque ad
æ graui
b id tres
nec fene
strare li
ant. Hæc

MIS